Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mel

125

fuisset immutata et odor igis non transiisset per eos. Et eripuit Nabuchodonosor ait Benedictus deus eorum Sidrach, videlicet ansach et Abdenago qui misit angelum suum et eruit puros suos qui crediderunt in eum et verbum regis immutaverunt et tradiderunt corpora sua ne seruirent et ne adorarent omnem deum excepto deo suo. Ideo ego pronuntio et per decretum ut omnis populus tribus et lingua quaeuis loquta fuerit blasphemiam contra deum Sidrach ansach et Abdenago disperdatur et domus eius vastetur. Neque enim alius est deus qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrach ansach et Abdenago in prouincia babilonis. Nabuchodonosor rex omnibus populis gentibus et linguis qui habitant in uniuersa terra. Pax uobis multiplicetur. Signa et mirabilia fecit apud me deus excelsus. Quia magna sunt et mirabilia eius et fortia et regnum eius regnum sempiternum et potestas eius in generatione et generationem

Visio Danielis tria

Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea et florens in palacio meo. Somnium vidi quod perturbauit me. Et cogitationes meae in stratu meo et visiones capitis mei conturbauerunt me. Et a me prouisum est decretum ut introducerentur omnes sapientes babilonis et ut solutionem somnii indicarent mihi. Tunc ingrediebantur arioli magi Caldei et aruspices et somnium narraui in conspectu eorum et solutionem eius non indicauerunt mihi. Donec collega eorum ingressus est in conspectu meo. Daniel cuius nomen Baltasar secundum nomen dei mei qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso et somnium coram eo loquatur sibi. Baltasar princeps ariolorum quem ego scio quod spiritus deorum sanctorum habeas in te et omnis sacramentum non est impossibile tibi. Visiones somniorum meorum quas vidi et solutionem eorum narra. Visio capitis mei in cubili meo. Videbam et ecce arbor in medio terre et altitudo eius nimia. Magna arbor et fortis et proceritas eius attingens celum. Aspectus eius erat usque ad terminos universe terre. Folia eius pulchrima et fructus eius nimius et esca universis in ea. Subter ea habitabant animalia et bestie et in ramis eius commorabantur volucres celi et ex ea vescebatur omne genus. Videbam in visione capitis mei super stratum meum et ecce uigil et sanctus de celo descendit clamauit fortiter et sic ait Succidite arborem et pedite ramos eius

visio

in a spectu meo arci